

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4348

Auteur(s) : Geoffroy Dogues [particulier]

Bénéficiaire(s) : Renaud Lohier [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Geoffroy Dogues et sa femme Matille cèdent à Renaud Lohier trois pièces de terre sises à Blainville pour 25 sous tournois et des redevances annuelles.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° CXXXIII, p. 116.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Gaufridus Dogues et Matillis uxor mei Gaufridi, filia quondam Guillelmi de Blenvilla, tradidimus in feodum et concessimus, de communi assensu, Raginaldo Lohier tres pecias terre sitas in parrochia de Blenvilla, pro vinginti quinque solidis Turonensium quos ab eodem Raginaldo habuimus propter hoc et recepimus in peccunia numerata, et pro uno pane et una gallina anni redditus solvendis ad Natale Domini, et pro uno boissello frumenti anni redditus nobis solvendo et heredibus nostris a dicto Raginaldo et ejus heredibus ad festum Sancti Michaelis, ad mensuram de Constanciis ; quarum peciarum prima sita est ad molendinum ad ventum de Isneavilla, inter terras Thome Laleman et Johannis Le Doen, a lateribus, attingens, ab uno capite, ad terram dicti Thome ; secunda sita est apud La Doguerie, inter terras heredum Ricardi Dogues et heredum dicti Le Goion, a lateribus, attingens, ab uno capite ad terram heredum dicti Vion ; tercia sita est in eodem loco inter terras heredum Colini Hue et heredum dicti Brioche a lateribus, attingens, ab uno capite, ad terram heredum dicti Vion ; tenendas et habendas ac jure hereditario possidendas dicto Raginaldo et ejus heredibus dictas pecias terre libere, pacifice et quiete, sine reclamatione aliqua et contradictione nostrum de cetero et heredum nostrorum, salvo jure capitalium dominorum quam eisdem, pro dicto Raginaldo et ejus heredibus, in residuo feodi nostri, reddere de cetero tenemur ; et nos et heredes nostri dicto Raginaldo et ejus heredibus hec predicta omnia garantizare, deliberare ac defendere contra omnes tenemur et eos indempnes super hiis, modis omnibus, bona fide penitus observare, vel alibi in proprio hereditagio nostro, ubicunque sit, valore ad valorem excambire tenemur, si forte garantizare non possemus. Et hec predicta observanda juravimus, tactis sacrosanctis evangelii, et quod contra premissa de cetero non veniemus ullo modo, exceptis redditibus superius annotatis nobis salvis. Ut hoc autem firmum et stabile perseveret, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine dinum duximus roborandam. Actum est hoc anno Domini M CC LXX VII, mense januarii.